Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ipse a se animus superat. et semet ipsū sibimet ipsi subicit.
quando eū patientia in humilitate tolerantie sternit.
Sciendū uero ē qd plerumq; euenire patientibus solet. ut
eo quidē tempp quo aduersa patiunt. uel contumelias au
diunt. nullo dolere pulsent. et sic patientiā exhibeant.
ut custodire etiā cordis innocentiā curent. Sed cū post
paululū hec ipsa quē ptulerunt admemoriā reuocant. ig
ne uehementissimi doloris instigant. argumenta ultionis
inquirunt. et mansuetudinē quā tolerantes habuerunt.
in retracione sua semetipsos diudicantes pdunt. Callidus
namq; aduersarius bellū contra duos mouet. unū uidelicet
inflammans. ut contumelias prior inferat. alterū uero
puocans ut contumelias lesus reddat. Sed quia eius uictor
extitit. quē adpferendas contumelias cōmouit. contra
illū acrius dolet. quē adreddendas iniurias cōmouere
non potuit. Unde fit ut tota se uirtute contra eū erigat.
quē contumelias fortū ptulisse considerat. Quē quia cō
mouere in ipsa iniuriarū contumelia ñ potuit. ab apto
certamine interim recedens. in secreta cogitatione decep
tionis tempus inquirit. et qui in publico bello pdidit.
ad exhibendas oculte insidias exardescit. Quietis namq;
iam tempore ad uictoris animū redit. et uel damna
rerū. uel iniuriarū iacula admemoriā reducit. cunc
taq; quē sibi inlata sunt uehementē exaggerans. fuisse
intolerabilia ostendit. et quiescentis animū tanto furo
re conturbat. ut plerumq; uir patiens illa se equanimit
tollerasse etiā post uictoriā captiuus erubescat. seq; ñ